



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

XXXVII. Papst Jnnocenz IV. genehmigt das Ehevorhaben des Grafen  
Heinrich von Anhalt und der Herzogin Mathilde von Braunschweig, zum  
Behuf der Aussöhnung des Grafen mit den Markgrafen von Brandenburg,

...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

laicos uidebamus habere, promittentes cum eis firmam concordiam et perpetuum amicitie fedus inuolabiliter obseruare, adicientes, quod clericos eorum plebanos seu alios, si forsan propter transgressionis vel inobedientie notam in nostram sententiam inciderunt, ipsis sine difficultate per nos vel per dilectum in Christo abbatem de Hildesleue, cui uices nostras in hac parte committimus, absolutionis beneficium impendemus. Cauebimus etiam dictis Marchionibus, ne de terra nostra ipsis vel eorum hominibus in persona vel rebus malum aliquod inferatur, et si casu quocumque factum fuerit, cum id ad nostram notitiam peruenerit, reuocari faciemus. Hujus rei testes sunt Olricus Comes de Regenstain, Fridericus Comes de Kirberg, Henricus de Zeringen, Johannes dapifer, Johannes de Gatersleue, Tidericus de Hartesrode, Fridericus de Herfleue, Olricus Aduocatus de Horneburg, Henricus de Scheningen, Tidericus Crocz, Fridericus Planke et alii quam plures. Et ne hec a nobis vel successoribus nostris infringi valeant, presentem paginam inde conscriptam sigilli nostri fecimus appensione roborari. Actum in placito apud Tschifleden, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XLV. secunda feria in rogationibus.

Nach dem Originale des k. Geh. Kab.-Archives 486, H. — Gercken's Cod. dipl. Br. V, 76. — Im Kyrbergerischen Copialbuche befindet sich ein an demselben Tage ausgestellter Gegenrevers der Markgrafen. Der Ort der Ausstellung wird darin Sehestede genannt.

**XXXVII.** Pápst Innocenz IV. genehmigt das Ehesorhaben des Grafen Heinrich von Anhalt und der Herzogin Mathilde von Braunschweig, zum Behuf der Ausöhnung des Grafen mit den Markgrafen von Brandenburg, welche letztere ihm jene Mathilde zur Ehe versprochen haben, am 18. Mai 1245.

Innocentius — Archiepiscopo Maguntino. Ad hoc Dominus in apostolica Sede constituit plenitudinem ecclesiastice potestatis, ut Romanus Pontifex, qui clauis in Beato Petro potestatis et discretionis accepit, nunc rigorem exerceat, nunc mansuetudinem anteponat. Idem enim consideratis circumstantiis uniuersis neutrum in altero derelinquens interdum flectit per mansuetudinem sic rigorem, quod non dissoluit eius nervus, sed prudenter attendit non solum personal sed causal etiam, cum quibus uidelicet et ex quibus dispensare disponit, ne sic dispenset, ut dissipet, immo ne dissipet sic dispenset, prout causarum diversitas diversis modis exegerit dispensandum. Sane dilecto filio Enrico Comite de Anhalt nobis innotuit intimante, quod effusa olim urna delectabilis ire Dei per angelum, cui datum est nocere, inter clare memorie patrem suum et Nobiles viros Marchiones de Brandenburg, dissensionis auctore dissensionis materiam seminante, graves guerre et inimicitie fuerint exorte, quarum occasione hinc inde strages hominum, et nonnulla pericula sunt secuta. Unde cum pax inter ipsos non potuerit aliter reformari, nisi quod dicti Marchiones nobilem mulierem Mathildam, natam nobilissimi viri Ducis de Brunswich, iuraverint sibi tradere in uxorem, ex parte ipsius Comitum sibi nobis humiliter supplicatum, ut cum ipse, ac eadem M. sibi ad invicem in quarto gradu consanguinitatis attinere noscantur, nec prius duxerit ad confirmationem huiusmodi

matrimonii procedendum, quam super hoc haberet ad apostolicam sedem recursum, ad sedandam inimicitiam supradictam super hoc salubre consilium apponere curarem. Attendentes igitur, quod urgenti necessitate et evidenti utilitate dispensationem exposcit, mandamus, quatenus si premissis veritas suffragatur, cum eisdem Comite ac M. auctoritate nostra dispenses, ut si velint contrahere valeant, impedimento huiusmodi non obstante. Datum Lugduni, XV. Kalendas Junii, Anno secundo.

Nach einer Abschrift des Vaticanischen Ges. Archives, Epist. Innoc. IV. Anno II, Ep. 670.

**XXXVIII.** Papst Innocenz IV. trägt dem Elect von Ferrari auf, sowohl selbst, als durch die dem Könige von Böhmen befreundeten Fürsten von Thüringen, Baiern, Meissen und Brandenburg, die Anerkennung des päpstlichen Capellan und ehemaligen Probstes zu Lübeck, Bruno, als Bischofes von Smüh zu erwirken, den 20. September 1245.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, Dilecto filio electo Ferrariensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum id, quod de Cunrado factum fuit in ecclesia Olomucensi, tamquam minus legitime attemptatum, per definitivam sententiam duxerimus irritandum, et Willelmus canonicus ipsius ecclesie postmodum in manibus nostris spontaneus cesserit electioni de se facte in ecclesia memorata, nos attendentes, quod de dilecto filio Brunone, quondam preposito Lubicensi, capellano nostro, utpote nobiscum laudabiliter conuersato, morum honestate conspicuo, litterarum scientia decorato et providentia circumsperto, ac accepto nobis et fratribus nostris, suorum meritorum exigentia, poterat eidem ecclesie utiliter provideri, de ipsorum fratrum consilio, de illo predictae ecclesie duximus providendum, spe vobis proposita, quod auctore illo, qui dant virtutis premia tribuit et gratiam gratie superaddit, non solum prefata ecclesia per diligentie sue studium in spiritualibus et temporalibus, verum etiam persona carissimi in Christo filii nostri illustris Regis Boemie et regnum eius in honore ac fructificatione bone operationis et fame, grata suscipient incrementa. Unde dictum regem attente rogandum duximus et monendum, ut eundem B. electum ecclesie supradicte ac eius procuratores et nuntios, nec non et canonicos, qui pro ecclesie predictae provisione ad sedem apostolicam accesserunt, benigne recipiens et honeste pertractans, ipsos et iam dictam ecclesiam favore regio prosequendo, habeat propensius commendatos, ac iura et possessiones ipsius ecclesie manuteneat et defendat, molestatores eorum, si necesse fuerit, potestate sibi a domino tradita compescendo, ita quod ex hoc seculorum domino placeat et nos sinceritatis sue zelum possimus dignis in domino laudibus commendare. Ideoque mandamus, quatenus, quod a nobis de prefato capellano provisum est, prosequens diligenter, eundem Regem ad ea, que ipsum pro dicto electo litteris nostris rogamus, tam per te, quam per dilectos filios nobiles viros lantegravium Thuringie, ducem Bavarie, Misnensem et Brandenburgensem marchiones ac alios prenominati Regis amicos, secundum datam tibi